



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Corpus Juris Canonici

Gregor <XIII., Papst>

Coloniae Munatianæ, 1665

29 Hac loc[us], & causa tempus, persona morantur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62915](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62915)

I ¶ Presbyterum] In ultimo cap. harum responsionum referuntur Bulgavorum verba, dicentium multos apud se esse Gracos, & Armenos, & alios, qui diversa docerent. Nondum enim a Romana sede Episcopum, aut Presbyterum acceperant. Quamobrem nihil mirandum, si presbyter, de quo in hoc capite agitur, conjugatus erat.

DISTINCTIO XXIX.

S Ed notandum est, quod secundum Isidorum, pleraque capitula ex causa, ex loco, ex tempore, ex persona consideranda sunt.

C. I. ¶ Ex tempore, loco, & persona, & causa regule canonum intelliguntur.

Aut enim Isidorus.

S Ciendum est, quod pleraque capitula ex causa, ex persona, ex loco, ex tempore consideranda sunt, quorum modi, quia medullitus non indagantur, in erroris labyrinthum nonnulli intricando impinguntur, cum ante judicant, quam intelligant, ante inculpani, quam iterando lecta perquirant.

C. II. ¶ Pro diversitate rerum temperantur regule sanctorum.

Hinc etiam Gregorius ait.

R egula a sanctorum Patrum pro tempore, loco, & persona, & negotio, instante necessitate tradita sunt.

C. III. ¶ Pro diversitate locorum, temporum, & hominum, scriptura intelligenda sunt.

Item Hieronymus in proximo epistola ad Ephesios.

N ecessè est, ut iuxta diversitates locorum, & temporum, & hominum, quibus i scripturae sunt, diversas causas, & argumenta, & origines habeant. Et quomodo B. Iohannes b in Apocalypsi sua, ad septem scribens ecclesias, in unaquaque earum specialia vel vitia reprehendit, vel virtutes probat, ita & sanctus Apostolus Paulus, per singulas ecclesias vulneribus medetur illatis: nec ad instar imperiti medici, uno collyrio omnium oculos vult curare.

I ¶ Quibus scripturae] Antea legebatur, quibus diversae scripturae facta sunt. Emendatum hoc est ex manuscriptis, & originali, quemadmodum & nonnulla alia.

DISTINCTIO XXX.

I llud autem, quod in canone Apostolorum, & in Gangrensi concilio, & in sexta synodo legitur, ex causa consideratur, & ex tempore. Causa fuit haeresis Manichaeorum, quia conjugium derestabantur, sicut etiam quorundam superstitione multa in catholicorum detestationem introduxisse invenitur, contra quos in Gangrensi concilio capitibus sexdecim statutum legitur.

I ¶ Manichaeorum] Proprie Gangrensi synodus statuit contra Eustathianos, ut supra dist. 16. c. prima adnotatio. Sed huic errorem Eustathiani hauserant a Manichaeis.

C. I. ¶ De multimoda superstitione haereticorum, quos Gangrense concilium anathematizavit.

S ciant qui filii parentes, maxime fideles, deseruerint occasione Dei cultus, hoc iustam esse iudicantes, & non potius debitum honorem parentibus reddiderint, ut hoc ipsum r in eis venerint, quod fideles sunt, anathema sint. d

I ¶ In aliquot vetustis exemplaribus haec omnia, qua hic citantur ex concilio Gangrensi, unico capite, & conjuncta oratione leguntur. Sunt autem ex prisca versione. Sed ea,

a Anselm. lib. 4. cap. 33. b Apocal. c Ivo p. 8. c. 115. d. al. sit.

qua est Dionysii exigua longe magis respondet originali Graco quamvis neque ipsa usquequaque.

I ¶ Vi hoc ipsum] Graco est, Πρωτοιμοδιης δηλος τε παρ αυτις της θεοσεβειας. Id est, Quod scilicet divinus cultus apud ipsos omnibus rebus praefatur.

C. II. ¶ De eodem.

Item ex eodem, c. 17.

Q uaeunque a mulier, religioni r iudicans convenire, comam sibi amputaverit, quam Deus ad velamen eius 2, & ad memoriam subjectionis illi dedit, tanquam resolvens jus subjectionis, anathema sit.

I ¶ Religioni] Graco est, Δία του κοδιου της κεφαλης, id est, Ob eam, qua existimatur pietatis exercitatio; quod Dionysius vertit; propter divinum cultum, ut existimat. Graci enim religiosorum, quos nos dicimus, vitam proprie εσχησι nominabant. Burchardus, & Ivo in par. 7. secuti sunt versionem Dionysii, in ista via autem Ivo prisca.

2 ¶ Ad velamen eius] Haec non sicut in Graco originali, neque in versione Dionysii. Videtur autem sumpta ex epist. prime ad Corin. c. 11.

C. III. ¶ De eodem.

Item ex eodem, c. 14.

S i qua mulier derelicto viro discedere voluerit soluto vinculo conjugali, nuptias condemnando b, anathema sit.

C. IV. ¶ De eodem.

Item ex eodem, c. 10.

S i e quis propter Deum virginitatem professus, in conjugio positus per arrogantiam vituperaverit, anathema sit.

C. V. ¶ De eodem.

Item ex eodem, c. 9.

S i quis vel virginitatem, vel continentiam professus r, tamquam abominabiles nuptias iudicet, & non propter hoc solum, quod continentiae, & virginitatis bonum, sanctum propositum est, anathema sit.

I ¶ Professus] Hic erat additum, in conjugio: quod neque est in canone Graco, neque etiam in Latino, qui citatur infra dist. 31. c. quicumque, neque in multis manuscriptis Gratiani codicibus.

C. VI. ¶ De eodem.

Item ex eodem, c. 13.

S i e qua mulier suo proposito utile iudicans, ut virili veste utatur, propter hoc virilem habitum imitetur r, anathema sit.

I ¶ Imitetur] Graco legitur, Καθ αυτην εσθωθω ζωνοεις εσθησεις, κα δ ερον αυδ αυτες. qua Dionysius exiguus apte vertit, & pro solito muliebri amictu virilem sumit, scq. habet Burchardus, & fere etiam Ivo.

C. VII. ¶ De eodem.

Item ex eodem, c. 18.

S i quis f tanquam hoc continentiae convenire iudicans, die Dominico jejunaverit in ejusdem r diei contemptum anathema sit.

I ¶ In ejusdem] In originali huius prisca versione est, aut in ejusdem diei contemptum: quod in versione Dionysii, quam atrulerunt Burchardus, & Ivo, istu vocibus videtur exprimitur, aut contumaciam, ali propter contumaciam. Sed in Graco vulgato nihil est, quod istu respondeat.

a Burch. lib. 8. cap. 62. Ivo part. 7. cap. 10. & part. 8. cap. 320. * Ivo part. 8. cap. 226. & 317. b al. commendo. c Reperitur infra dist. 31. c. quicumque, ex versione Dionysii Burch. l. 8. c. 64. Ivo part. 7. cap. 82. d & part. 8. cap. 316. & Ivo secundo loco ex hac eadem versione. Burchard. lib. 8. cap. 61. Ivo part. 7. cap. 79. e Burch. l. 8. cap. 60. Ivo part. 7. cap. 78. f Burch. l. 13. c. 219. Ivo part. 4. c. 91.

